



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

41. An milites, sive subditi sint, sive non teneantur examinare institiam  
belli? Ex p. 6. tr. 4. r. 9.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76429](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76429)

primam sententiam docuisse, quia Advocatus etiam in dubia causa vtrius parti patrocinari potest, & famulus feruire potest domino exercenti contractus speculatione dubios. Et hanc sententiam tenet etiam Vviger. in 2. 2. D. Thome q. 3. art. 1. dub. 3. num. 50.

5. Verum stando in tertia sententia tanquam probabiliori, sub nomine militum subditorum puto intelligi non solum subditos indigenas, sed etiam alienigenas mercede conductos, qui continuis stipendiis sub eodem Principe artea debebant tam tempore belli, quam pacis secus de illis, qui solum tunc tempore belli conducuntur. Ita ex multis Sanch. *vbi supra* n. 16.

Sup. hoc supra in Ref. 35. §. vlt. & in Ref. 38. §. Sed hic.

6. Notandum est tamen hic obiter contra Sylvestrum *verb. bellum* 1. q. 9. *conclus. 3.* quod supradicti milites si postea cognoscunt iniustitiam belli, non tenentur restituere quae consumpserunt; quia cum non praecaverint, solum tenentur restituere ratione rei acceptae si extet, vel quantum ex ea facti sunt locupletiores; ita ex multis tenet Merol. *tom. 1. disp. 3. c. 3. corol. 2. 2. n. 334.* Non omitam etiam hic adnotare cum Martinez *in 1. 2. tom. 1. q. 19. art. 6. dub. 5. conclus. 2.* quod I ministri Principum, etiam si dubitent de iustitia sententiae, possunt, & tenentur nihilominus illam exequi.

7. Et tandem pro coronide huius resolutionis ponam hic singularem locum Paludani in 4. *disp. 15. q. 2. n. 30.* *vbi* sic ait. De exercitu autem sciendum, quod quando constat dominum habere iustum bellum, subditi tenentur iurare, vel quando dubium est: quando autem est certum de opposito, peccant obediendo; sed quia non sunt principales, nec vnusquisque est adiuvans talis, quod sine eo non fieret praedatio, non tenentur restituere omnia spolia exercitus, sed solum quantum ad eum peruenierit. Ita ille.

## RESOL. XLI.

*An Milites, siue subditi sint, siue non, teneantur examinare iustitiam belli? Ex parte 6. tractatu 4. Resol. 9.*

Sup. hoc in Ref. praeterita §. Secunda, & infra in Ref. 46. §. Sed ego. in ter. in diu. & finem, a vers. Nec tenentur, & in aliis eius annot.

§. 1. **Q**uoad primum, Respondeo negative: quia si esset subditis obligatio disquirendi belli iustitiam, non possent vnquam Principes bellum inferre, quia examen totius exercitus duraret aeternum; nec item possent aperiri consilia Principum, nec omnia, quae ipsi cum hoste gessere. Denique tot Tribunalia essent erigenda, quot milites deligendi. Ratio autem a priori est; quia Princeps ius habet praecipendi militi, vt accepto stipendio obediat in pugna; & hic tenetur parere, in cuius possessione iuris est Princeps; dum ergo non constat militi Principem esse in eo iussu iniustum, tenetur illi parere alioquin possessione sua eum priuaret absque causa. Confirmatur, dum tortori non constat de iudicis iniustitia in eo damnando, tenetur eum damnatum capitis obruncare! quia ad eum non spectat iudicium, sed executio; si autem tortori constaret de iudicis iniustitia, teneretur abstinere a caede innocentis; eadem ratione milites tenentur, quia sunt nobiles tortores sui principis & orbis.

2. De non subiectis Principi idem sentio: nempe milites priuatos posse militate sub Principe alieno sine examine caute; vt ego cum multis satis probavi in 4. *part. tract. 3. resol. 7.*

Quae hic est Ref. antecedens, signanter in §. Tertia, ad medium, & in Ref. hoc praecedente, &c.

## RESOL. XLII.

*An bellare in diebus festis, si per se licitum? Et si fiat praeparatio in die festo etiam extra necessitatem, (si Missa audiat) an sit peccatum mortale?*

*Et an in diebus casuetiam excusetur a peccato, qui operibus, fossa, & vallo, arces, vrbes, oppugnare muniunt, & alia similia faciunt? Ex p. 4. 1. 4. & Mol. Ref. 2. 29.*

§. 1. **N**egatiue respondet Suarez de Religione *tom. 1. lib. 2. de festis. cap. 28. num. 8.* Fagundes de *bell. tom. 2. tract. 27. cap. 9. n. 175.* & nouissime Caltrus Palus *tom. 2. de obseru. festorum, disp. 2. punct. 5. num. 11.* quia bellare est actio merè corporalis laboriosa, & est vnus actus mechanicus ergo non est opus liberale, sed feruile.

2. Haec opinio est probabilis, sed non minus probabilem affirmatiuam sententiam esse puto, quam nouissime docet ex eadem societate Iacobus Granado in 2. 2. D. Thome *contr. 3. tract. 1. 2. disp. 4. sect. 7. n. 6.* & respondet ad omnia argumenta adducta à P. Suarez de *lib. Caietanus tom. 2. 2. q. 40. art. 1. 4. Bañ. dub. 4. n. 4. Valenzia tom. 3. disp. 3. q. 16. punct. 5. Sa ver. Bellum. 3. 5. & Riquier in *summa part. 1. c. 126. n. 10.* putant, praeparationem, si fiat in die festo, etiam extra necessitatem, si Missa audiat non esse peccatum mortale; unde licet existiment esse veniale; ego tamen puto cum Granado *vbi supra* n. 63 qui citat Lorcan, valde prohibere, & nullum esse peccatum, si Missa audiat.*

3. Adde, quod, etiam stando in prima opinione, bellare in die festo ferè semper est licitum, cum tempore aliqua vtilitas, aut necessitas in non differendo bello ad aliud tempus, si statim commodè geri possit: unde excusantur, qui aggeribus, fossa, & vallo, arces, vrbes, oppidave muniunt, & alia similia faciunt.

## RESOL. XLIII.

*Quo tempore sit licitum bellare? Et an in diebus festis, si necessitas poscat, & secus si non poscat, licitum sit bellare absque culpa peccati mortalis, si Missa non praeparatur? Et an quando bellum est in prociuitate, teneantur Milites audire Missam in die festo? Ex parte 6. tractu 4. Ref. 32.*

§. 1. **R**espondeo: Ab Aduentu vsque ad Octauam Palchae prohibuit bellare Alexander III. in *cap. Treuga, de treug. & pace.* sub grauibus peccatis, & comminatione excommunicationis: sed hoc praecatum receptum non fuit, vt ibi notat Glosa, & tradit Valenzia *tom. 3. disp. 3. q. 16. punct. 5.* Suarez *disp. 23. de bello sect. 7. n. 24.* & alij.

2. Verum difficultas est de diebus festis. Et quidem seculi necessitate & vtilitate in illis pugnatione posse docet Caltrus Palus *tom. 1. tract. 6. disp. 5. punct. 6. num. 12.* quia est opus feruile: & D. Thomas in 2. 2. *quest. 40. art. 4.* docet licitum esse bellare diebus festis, si id necessitas poscat; secus si non poscat. Et Caietanus in Commentario sub nomine necessitatis intelligit etiam vtilitatem.

3. Sed ego certum puto: quando in die festo non negligitur Missa, tunc non est peccatum mortale tale bellum offensiuum exercere. Ratio est, quia in die festo solum prohibentur opera feruilia, id est, quae feruorum propria sunt ad bellare non est opus feruile, quia non minus pertinet ad Dominos, ac Principes quam ad seruos. At saltem sit veniale? affirmat Bañ. n. 2. quia bellum affert magyas distractiones, quae impediunt pietatem ac devotionem, cui diebus festis vacandum est. Molina putat non sepe esse veniale, quia saepe fit vt milites quando pugnant, potius abstrahantur